

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiae &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinae
Christianæ In Usum Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput XII. De Oeconomia Consilii Gratiae In Genere.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057



CAPUT XII.

De

OECONOMIA CONSILII GRATIÆ IN GENERE.

Summo.

Consilium Gratiæ ab eterno cap-
tum in tempore
manifestat Deus. §.

I.

Manifestat autem duo-
bus diversis modis.

Quorum unus sic
se habet ac si salus
unicè gratiæ & vir-
tute Dei producere-
tur: Alter verò, ac
si homo ad salutem
non aliter perve-
nire posset ac præ-
stita conditione. §.

II.

Cujus rationes dantur.
§. III.

Præterea ratione pro-
mulgationis tenen-
dum, quod quoad
substantiam eadem
semper, varia autem
quoad circumstan-
tias. §. IV.

Prior probatur ex au-
ctore, medio salutis,
iisdem bonis sub V.
& N. Testamento,
eadem justificatione,
sacramentis deniq;
idem bonum obfi-
gnantibus. §. V.

Posterior itidem con-
firmatur. §. VI.

Addunturque ratio-
nes. §. VII.

P 5

Ma-

CAPUT

*Maxima differentia
est in promulgatio-
ne consilii gratiæ
sub Veteri & sub N.
Testamento. §. VIII.*

*Quamvis etiam mo-
dus promulgationis
nonnihil alius ante
Mosen, alius sub*

*Mose & post eum
§. IX.*

*Ab utroque diversissi-
mus ille sub N.T. §.
X.*

*Modo promulgationis
externæ additur o-
peratio divina in-
terna. §. XI.*

§. I.

§. I.

QUod nunc ab æterno de salute peccatoris consultatum, id suo tempore promulgandum exequendumque, nam hic consilii scopus & finis erat.

II. Sapienter ordinavit Deus, ut promulgatio gratiæ non una ratione institueretur. Modò illa simpliciter & ut purè ex Testamento gratiæ fluit, prout eam Spiritus Dei in nobis producturus est, proponitur veluti Gen. III, 15. *Ego inimicitiam ponam inter te & mulierem, inter semen tuum & semen ejus. Hoc conteret caput tuum, tu verò conteres calcaneum ejus.* cf. Ezech. XXXVI, 26-28. &c. Modò verò cum conditione, qua præstita demum boni promissi participes reddendi sumus, Joh. III, 36. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam,* cf. Rom. X, 9.

III. Hæc verò varia promulgandi ratio sapien-

sapientissimas rationes habet. Monstrat quippe indissolubilem nexum officii & beneficii, ducit dein fideles ad abnegationem propriae justitiae ut causae vitae, docet insuper modum, respicientiam, fidem, conditiones ad vitam necessarias ex gratia Dei consequendi, fundat denique fiduciam & consolationem vitam certò adipiscendi. Et quum mali bonis permixti vivunt, edocentur & ii, quæ sit salutis consequendi ratio, quam quum negligunt, contemnunt, seipsos justo judicio Dei tradunt.

IV. Præterea ratione promulgationis tenendum, quòd eadem semper quoad substantiam, sed quòd diversa sit quoad circumstantias. Sive; omni tempore annuntiatum est salutem peccatori in semine mulieris paratam esse, in eum conferendam qui promissioni fidem habet & integro corde coram Deo ambulat. Sed placuit Deo peccatores diversa ratione ad hanc salutem quærendam ducere.

V. Prius quod attinet, ex iis, quæ sequuntur, patet. Nam (1.) Sub omni œconomia consilii gratiae semen mulieris salutis Auctor prædicabatur; Ante Mosen, Gen. III, 15. Sub Mose, Joh. V, 39. In diebus Messiae Act. IV, 12. Unde Paulus Hebr. XIII, 8. *Jesus Christus heri, hodiè, idem & in secula.* In quem fideles, mutato licèt tempore, constanter crediderunt, monens ideò Hebræos ut & illi in doctrina constantes sint. Et Patres Hierosolymitani

tani Act. XV, 11. *Per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum καὶ ἡμεῖς* scil. πατέρες sub jugo Ceremoniarum gementes, de quibus proximè v. 10. Hinc rectè concluditur Gentes Ceremoniis haud onerandas esse, quoniam Patres onusti tamen unice credebant per gratiam Jesu Christi salvari. (2.) Salus feminis mulieris semper resipiscen-
tibus, credentibus, integrè ambulantis, nunquam aliis, promissa, Gen. III, 15. XV, 6. XVII, 1. Habac. II, 4. Act. XV, 11. X, 43. (3.) Eadem bona electis data, promissa sunt. Bona sunt vel hujus vitæ vel alterius. *Hujus* sunt doctrina de Messia, promissio beneficiorum ejus Rom. IX, 4. cultus externus l. c. adoptio *ibidem*: remissio peccatorum, Ps. XXXII, 1. 2. conf. Rom. IV, 6. 7. sanctificatio Exod. XXXI, 13. Spiritus S. Ps. CXLIII, 10. atque ita omnia ejus dona. *Alterius* verò est vita æterna, quæ legitur promissa Joh. V, 39. Act. XXIV, 14. 15. Matth. XXII, 31. 32. Hebr. XI, 10. Gen. XLIX, 18. Job. XIX, 25. 26. Loca, quæ produximus, bona hæc fidelibus V. T. attribuunt. Eadem fidelibus N. T. data esse nemo in controversiam vocat. (4.) Justificatio sub V. T. in exemplum justificationis sub N. T. sistitur Rom. IV, Et promissiones fidelibus ante Christum factæ continuantur in diebus Messia, Act. II, 39. (5.) Sacramenta idem bonum obsignant, 1. Cor. X, 1-5, sicut ex inductione exemplorum patet. (6.)

Requi-

Requiritur hoc tandem à parte Dei & a parte peccatoris. Nam is aliter cum glorificatione nominis sui salvare, hic aliter salvari nequit.

VI. At diversa ratione verbum salutis proponi jussit Deus. Modò quæ adducenda; Modò quæ adducta. Modò mediante præconio breviori & quod rei summam tantum tradebat; Modò prolixiori. Modò ritus, qui ad Salvatorem venturum ducebant, paucos & (saltem comparatè) liberos; Modò plures eosque satis molestos præscripsit; Modò hos omnes sustulit. Modò lucem parciorem; Modò uberio-rem impertitus illis, quos alloquio suo dignatus est. Modò præcones salutis ad plures, tanta familiarum non habita ratione; Modò ad pauciores eosque ex certo stemmate prognatos; Modò ad omnes gentes sine discrimine misit.

VII. Tantam promulgationis differitatem tenens Deus demonstravit summam in bonis suis dispensandis libertatem, πολυπεικλον σοφίαν. Naturam Ecclesiæ infantilis, adolescentis, virilis observavit seque ad eam accommodavit. Maximè rationem habuit fœderis æterni per sanguinem sponsoris confirmati, nam, ut constaret hinc omne bonum in filios Dei redundare, cuncta melius se habebant, ex quo sanguis hic fusus, servitus in libertatem, nox in diem, gratia parva in uberrimam convertebatur.

VIII. Præcipua omnium, quæ memoranda
diver-

diversitatis in promulgando consilio gratia, distinctio est in V. & N. Testamentum. Per Vetus Testamentum intelligitur ea voluntatis divinae de beatitudine peccatoris dispensatio, quâ fideles, qui vixerunt usque ad Messiam, non solum verbo sed & ceremoniis umbratilibus suo tempore abolendis ad salutem promissam quaerendum ducebantur. Atque hoc constat tum ex natura rei, tum phrasi. *Illo modo*. Omnibus enim ceremoniæ typicæ, veluti sacrificia, observandæ præscribebantur. Omnibus eadem promissio in semine mulieris, Abrahami &c. data. *Hoc modo*. Sic phrasis *Vetus Testamentum* omne quod Christum antecessit tempus Hebr. IX, 15. includit, nam eorum quoque peccata sanguine Christi expiantur, qui ante legem vixerunt.

IX. Attamen quia diversimodè tractabantur fideles, qui ante legem in vivis, & qui sub ea, commodè œconomia V. Testamenti in duas periodos subdistinguitur. Prior currit ab Adamo ad Moysen: Posterior à Moysen ad N. Testamentum. In illa verbum de salute brevius, clarius, Ceremoniæ pauciores, liberiores. In hac verbum salutis prolixius, magis involutum, Ceremoniæ plures, serviliores. Una quaque periodus rursus gradus suos admittit.

X. Novum verò Testamentum est ea voluntatis divinae de beatitudine peccatoris dispensatio, qua fideles ex omni gente, Messia manifestato
absque

absque molestis figuris claro gratoque Evangelii præconio atque Sacramentorum usu ad salutem sanguine æterni Testamenti jam partam vivida fide apprehendendam vocantur. Quod adeoque à Vetere multum differt. Novum quippe Messiam per passiones consummatum, salutem actu pro nobis promeritam esse tradit: Annexas habet pretiosissimas promissiones: Viam ad Deum perveniendi facilem sine figura clarè docet: Cultum à nobis postulat tantum λογικόν, in Spiritu & veritate.

XI. Hæc docent externam de medio reconciliationis nostræ promulgationem. Verbo etiam dicendum de operatione divina interna. Agit Deus cum homine ceu ratione prædito. Proponit itaque illi externè voluntatem suam, præscribit officia, quibus præstitis gratiosam pollicetur ανταπόδοσιν. Intus verò oculos illuminat ut voluntatis divinæ æquitatem, ingens, quod ex ejus observatione oritur, commodum, damnum, quod transgressorem manet, nosse & ritè æstimare queant: Tum in illuminatis oritur amor Dei, studium vivendi ad regulam, quam Deus statuit. Inimicitia verò & hostilitas adversus omne id, quod mandato divino præstando adversari putant. Quæ tanquam viribus suis facienda postulantur, illa sibi ex Testamento æterno largè suppeditari intelligunt, modò decenter & in fide gratiam & auxilium divinum implorent neque beneficia εἰς αἰῶνα τοῦ αἰῶνος
foedè